



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 15. Insulæ Canariæ a Castellanis detectæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

§. XV.

Sæcul.XV.
A.C.1479.*Insulæ Canariæ a Castellaniis
detectæ.*

Pace Castellanos inter & Lusitanos fir- *Hyer. Surita*
 mata, Ferdinandus septuaginta na- *com. in itin.*
 vium classem, Ductore Francisco Henri- *Antonini.*
 quez, qui summi Castellæ Admiralis fra-
 ter erat, Neapolin misit, & Turcas, qui
 in Apuliam excensionem fecerant, eam-
 que foede devastabant, ex Italia expulit:
 Alia vero ejusdem Ferdinandi classis Ca-
 narias Insulas detexit, easque sensim
 victricibus suis armis subjicit. Hæ In-
 sulæ ad occidentalem plagam versus
 Africam sitæ sunt, atque regna Fezza-
 num & Maroccanum, quod olim *Mau-*
ritannia Tigurina dicebatur, ex adverso
 respiciunt, ac ferme per transversum em-
 poriis Boyadora & Nona clauduntur.
 Olim nonnisi sex earum, quæ a priscis
 vetustum *Fortunatarum* nomen obtinue-
 runt, cognitæ erant, nostra vero ætate
 septem omnino inclaruere, quarum po-
 tior est Canaria unacum Insula ejusdem *Gomer. hisp.*
 nominis, quæ tum fructuum ubertate, *Indic.*
 tum eorum copia ceteris præcipua, ac
 octodecim vel viginti leucas in circuitu
 amplectitur, tamque clementi aeris ge-
 nio abundat, ut frumenti segetes bis
 intra unius anni spatum albescant, to-

B 3 tusque

Sæcul. XV. SIX
A.C. 1479. F
 tusque Insulæ ambitus ubique felicissimi
 terræ proventibus redundet. Hanc quo
 que ipse Gubernator incolit. Cetera
 autem Insulæ sunt Tenarissa, Palma, For
 teventura, Gomera, Lancarota, & Ferri.
 Anno millesimo ducentesimo nonagesi
 mo primo Auria & Viraldo Africani
 versus in Oceani vastitatem cum duabus
 triremibus excurrebant, ast nulla de eis
 rum fato notitia rediit. Successu tem
 poris Ludovicus de la Cerda Claremon
 tii Comes, Alphonsi X. Castellæ Regi
 Nepos eundem in Africæ plagas cursu
 resumere meditabatur, verum quamvis
 ei Clemens VI. Papa has Insulas dono di
 sisset, atque eum Avenione illarum Reges
 nuncupasset, nihilominus Comes propo
 situm suum exequi cessabat. Demum
 Anno millesimo quadringentesimo primi
 Henricus III. Castellæ Rex easdem oc
 cupandi facultatem concessit Robertum
 Braquemontio, qui tamen hanc spartam
 reliquit Joanni de Bretacura suo propin
 quo. Is Regis titulo auctus, Anno mil
 lesimo quadringentesimo decimo septimo
 in Insula Lancarota propugnaculum ex
 strui curavit. Labentibus annis hæc In
 sulæ pro vicissitudine temporum diversè
 celebrabantur nominibus, donec Anno mil
 lesimo quadringentesimo septuagesimo
 nono Ferdinandus & Isabella illas in suam
 potestatem penitus redigere cœpissent.

Bretacour

§. XVI